

nostri domini Henrici de Sueggem in Lipik anno domini m. cc. lxxxvi, pridie *nonas^{c)} maias in die beati Johannis ante portam^{d)} Latinam.

(S.)

21.

5 *Markgraf Friedrich von Landsberg urkundet, daß er ein Buschholz vor der Stadt Leipzig, welches der Verwalter des Nonnenklosters Heinrich von Zeitz auf Lebenszeit von Heinrich gen. Zokin erkauft hat und des letzteren Lehnherren, die Gebrüder von Vesta, freiwillig aufgelassen haben, dem Kloster zu rechtem Eigen und Besitz nach Heinrichs von Zeitz Tode übertragen hat. (Vergl. No. 22).*

Leipzig, 1286 Sept. 8.

10 *Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Leipzig Kasten 84. Das Reitersiegel des Markgrafen an Pergamentstr.*

Nos Fridericus dei gratia marchio de Landisbero recognoscimus et ad notitiam omnium presens scriptum intuentium volumus | pervenire, quod^{a)} nos quoddam virgultum ante Lipek situm^{b)}, quod Henricus de Cize procurator sanctimonialium ante civitatem | Lipzk contra Henricum dictum Zokin justo emtionis titulo comparavit ad tempora vite
15 sue, quod etiam virgultum | predictus Henricus Zokin a Burhardo et Henrico fratribus dictis de Westa tenuit titulo feodali, post liberam ac voluntariam predictorum fratrum de Westa resignationem nobis factam cenobio sanctimonialium in Lipzk donavimus et contulimus justo proprietatis titulo post mortem predicti Henrici de Cize procuratoris ibidem quiete et pacifice perpetuo possidendum. In cujus rei testimonium presentem literam
20 sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum Lipzk anno domini m. cc. lxxx. vi in die nativitatis beate Marie virginis, presentibus testibus infra scriptis, nobili viro Alber[one] burcravio de Lizenick, Hen[rico] de Trebisin seniori, Tymone Kvnut, Gerhardo de Lapide, Henrico de Hopgartin, Volc[maro] de Hayn, Th[ilemanno] celerario nostro, Jo[hanne] dicto de Lubennicz, S[ymone] sculteto nostro juniore et aliis quam pluribus
25 fide dignis.

(S.)

22.

Aebtissin Jutta und der Convent des Nonnenklosters sichern ihrem Verwalter Heinrich von Zeitz die lebenslängliche Nutznießung des nach seinem Tode dem Kloster heimfallenden Buschholzes zu.
30 *(Vergl. No. 21).*

[Leipzig], 1286 Sept. 11.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Leipzig Kasten 84. Das S. des Klosterconvents an Pergamentstr.

Nos Jutta abatissa sanctimonialium in Lipzk totusque conventus ibidem ordinis sancte Marie omnibus | hanc litteram visuris volumus esse notum, quod Henricus dictus de Cizce noster procurator | contra Henricum dictum Zokin xv jugera lignorum justo

35 20. c) kalendas. d) por am Ende der Zeile, das tam ist zu Anfang der nächsten weggelassen.

21. a) quot. b) scitum.